



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd tria genera sint homicidarum. xxviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, referuetur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quòd communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitentiam condignam, ab hoc crimine se absolueret certet.

*De insano, si homicidium perpetraverit. Cap. XXV.*

**S**I quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mētem *Ex eodē,*  
 speruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quàm *cap. 7.*  
 ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quāuis pœni-  
 tentia sit imponēda, quia ipsa infirmitas causa peccati fu-  
 ille creditur: tantum tamen lenior, quàm ei qui sanus ali-  
 quem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irra-  
 tionabile à rationabili constat esse discriminis.

*De illis qui veneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.*

**S**I quis verò veneficio interfecerit alterum, eò quòd sine *Ex cōcil.*  
 idololatria perficere scelus non potuit, nisi in fine im- *Eliberta.*  
 partiendam non esse illi communionem. *cap. 5.*

*De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. Cap. XXVII.*

**D**elator si quis extiterit fidelis, & per delationē eius *Ex eodē,*  
 aliquis fidelium fuerit præscriptus vel interfectus, *cap. 1.*  
 placuit eum nō nisi in fine accipere communionem. Si le-  
 uior causa fuerit, intra quinquennium accipere commu-  
 nionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquēnij  
 tempora admittatur ad baptismum.

*Quòd tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.*

**H**omicidarū verò tria genera esse dicebat, & pœnam *Ex epist.*  
 eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas *Clemētis*  
 interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque *papa, ca*  
 odiētes, homicidas esse manifestabat. Quia occidit, qui o- *16.*  
 dit fratrem suū: & qui detrahit, pariter homicida esse mō-  
 stratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quæ militant  
 aduersus animam abstinere, & bonam eorum cōuersatio-  
 nem ac innocentē omnibus monstrare rogabat. Ex corde  
 enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. Se-  
 niores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdo-

tes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbis & mandatis diuinis instruere & armare. Hosq; omnes eorum episcopos totamque mi virtute diligere, vt oculos suos, qui oculi sunt illorum eorum præceptis, in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter quod absit, agat quàm debeat: memores scilicet illius dominici præcepti: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

*Quod homicida ab ecclesiastica communione sint submouendi. Cap. XXIX.*

*Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.* **I**Taque censuimus homicidas à communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione, admissa crimina diuerint.

*De eadem re. Cap. XXX.*

*Ex cõcil. Turonico, ca. 7.* **H**omicidis penitus non communicandum, donec confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluatur.

*De illis quorum consilio homicidia sunt.*

*Caput XXXI,*

*Ex dictis August.* **P**ericulosè se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi dominum quaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est. Nobis non licet interficere quemquam, sed tamen illi dominum morti imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixum dicentes: Crucifige eum. Vnde vnus Euangelista dicit, dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, manibus hora sexta milites. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit. Vnde Psalmista, Filii hominum, dentes eorum arma & gladius, linguæ eorum gladius acutus. Subiciat ergo se pœnitentiæ, quorum consilio sanguis funditur, si veniam sperare mereri voluerint.

*De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. Cap. XXXII.*

*Ex pœnitentiâ Theodori.* **Q**ui pro vindicta fratris, aut aliorum parentum occiderit hominem, ita pœniteat, vt homicidia sponte commissa, cum ipsa veritas dicat: Mihi vindictam, & ego retribuam.